

*Thomae de Aquino*

## Principium biblicum I: „Rigans montes de superioribus suis“

### DE COMMENDATIONE SACRAE SCRIPTURAE

*Rigans montes de superioribus suis;  
de fructu operum tuorum satiabitur terra.  
(Ps. CIII,13)*

#### Prooemium

**1209.** – Rex caelorum et Dominus hanc legem ab aeterno instituit, ut providentiae suae dona ad infima per media pervenirent. Unde Dionysius, quinto capitulo *Ecclesiasticae hierarchiae* dicit: „Lex divinitatis sacratissima est, ut per prima media adducantur ad sui divinissimam lucem“.<sup>1</sup>

Quae quidem lex, non solum in spiritualibus, sed etiam in corporalibus invenitur. Unde Augustinus III *de Trinitate*: „Quemadmodum igitur crassiora et infirmiora per corpora subtiliora et potentiora quodam ordine reguntur, ita omnia corpora per spiritum vitae rationalem“<sup>2</sup>. Et ideo in *Psalmo* praedictam legem in communicatione spiritualis sapientiae observatam sub metaphora corporalium rerum proposuit Dominus: „Rigans montes“, et cetera.

Videmus autem ad sensum, a superioribus nubium imbres effluere, quibus montes rigati flumina de se emittunt, quibus terra satiata fecundatur. Similiter, de supernis divinae sapientiae rigantur mentes doctorum, qui per montes significantur, quorum ministerio lumen divinae sapientiae usque ad mentes audientium derivatur.

<sup>1</sup> Ps.-Dionysius Areopagita, *De ecclesiastica hierarchia* V 4 (Dionysiaca II, 1130).

<sup>2</sup> Augustinus, *De trinitate* III 4 (PL 42, 873).

*Thomas von Aquin*

## Principium biblicum I: „Der die Berge von seinen Höhen trinkt“

### EMPFEHLUNG DER HEILIGEN SCHRIFT

*Der die Berge von seinen Höhen trinkt;  
von der Frucht deiner Werke wird die Erde satt.  
(Ps. 103,13)*

#### Vorwort

**1209.** – Der König der Himmel und Herr hat von Ewigkeit her das Gesetz erlassen, daß die Gaben seiner Vorsehung durch Vermittlungen nach unten gelangen. Daher sagt Dionysius im 5. Kapitel des Buchs *Über die kirchliche Hierarchie*: „Das Gesetz der Göttlichkeit ist hochheilig, da durch die ersten die mittleren zu seinem göttlichsten Licht herangeführt wird.“

Dieses Gesetz findet sich aber nicht nur im Geistigen, sondern auch im Körperlichen. Daher heißt es bei Augustinus im III. Buch *Über die Dreifaltigkeit*: „Wie daher die gröberen und schwächeren durch feinere und mächtigere Körper nach einer gewissen Ordnung gelenkt werden, so werden alle Körper durch den vernünftigen Lebensgeist gelenkt.“ Und daher stellt der Herr im Psalm: der Herr stellte das genannte Gesetz, das in der Weitergabe der geistlichen Weisheit beachtet wird, unter dem Sinnbild körperlicher Dinge vor: „Der die Berge von seinen Höhen trinkt“ usw.

Wir nehmen aber mit unseren Sinnen wahr, wie von den Höhen Wolken Regen strömen lassen, durch den die Berge getränkt werden, de ihrerseits Ströme entstehen lassen, durch die die Erde gesättigt wird und Frucht bringt. Ähnlich wird von den Höhen der göttlichen Weisheit der Geist der Lehrer getränkt, der durch die Berge bezeichnet wird. Durch ihren Dienst gelangt das Licht der göttlichen Weisheit bis zum Verstand der Hörer herab.



**1210.** – Sic igitur in verbo proposito quattuor possumus considerare, scilicet: [1] spiritualis doctrinae altitudinem; [2] doctorum eius dignitatem; [3] auditorum conditionem; et [4] communicandi ordinem.

### I.

**1211.** – [1] Altitudo ista ostenditur in hoc quod dicit: „de superioribus suis“. *Glossa* [internl.]: „de altioribus archanis“<sup>3</sup>. Habet enim sacra doctrina altitudinem ex tribus.

[1.1] Primo, ex origine: haec enim est sapientia quae de sursum esse describitur. *Iac.* III [15] et *Eccli.* I [5]: „Fons sapientiae verbum Dei in excelsis“.

[1.2] Secundo, ex subtilitate materiae, *Eccli.* XXIV [7]: „Ego in altissimis habitavi.“ Sunt enim quaedam alta divinae sapientiae, ad quae omnes perveniunt, etsi imperfecte, quia „cognitio existendi Deum naturaliter omnibus est inserta“, ut dicit Damascenus<sup>4</sup>, et quantum ad hoc dicitur, *Iob* XXXVI [25]: „Omnes homines vident eum unusquisque intuetur procul.“ – Quaedam vero sunt altiora, ad quae sola sapientum ingenia pervenerunt, rationis tantum ductu, de quibus, *Rom.* I [19]: „Quod enim notum est Dei, manifestum est in illis.“ – Quaedam autem sunt altissima, quae omnem humanam rationem transcendunt; et quantum ad hoc dicitur, *Iob* XXVIII [21]: „Abscondita est sapientia ab oculis omnium viventium“; et in *Psalmo* [17,12]: „Posuit tenebras latibulum suum.“ Sed hoc per spiritum sanctum qui „scrutatur etiam profunda Dei“, *I Cor.* II [10], sacri doctores edocti tradiderunt in textu sacrae Scripturae; et ista sunt altissima, in quibus haec sapientia dicitur habitare.

[1.3] Tertio, ex finis sublimitate: finem enim habet altissimum, scilicet vitam aeternam, *Ioan.* XX [31]: „Haec autem scripta sunt ut credatis quia Iesus est Christus filius Dei; et ut credentes vitam habeatis in nomine eius.“ *Col.* III [1-2]: „Quae sursum sunt quaerite ubi Christus est in dextera Dei sedens; quae sursum sunt sapite, non quae super terram.“

<sup>3</sup> Vgl. Petrus Lombardus, *Commentarium in Psalmos* (PL, 934B).

<sup>4</sup> Johannes Damascenus, *De fide orthothoxa* I 1 et 3 (PG 94, 789 et 793).

**1210.** – So können wir also im genannten Wort viererlei betrachten, nämlich: [1] die Höhe der geistlichen Lehre, [2] die Würde ihrer Lehrer, [3] die Beschaffenheit der Hörer, und [4] die Ordnung der Weitergabe.

### I.

**1211.** – [1] Die Höhe [der geistlichen Lehre] zeigt sich darin, daß es heißt: „Von seinen Höhen“. In der *Glosse* heißt es dazu: „Von den höheren Geheimnissen“. Die heilige Lehre hat ihre Höhe nämlich aus drei Gründen.

[1.1] Erstens aufgrund ihres Ursprung: diese [Lehre] ist nämlich die Weisheit, von der es heißt, daß sie von oben kommt. So heißt es im *Jakobusbrief* (3,15) und bei *Jesus Sirach* (1,5): „Die Quelle der Weisheit ist das Wort Gottes in der Höhe“.

[1.2] Zweitens aufgrund der Erhabenheit ihres Gegenstandes. So heißt es bei *Jesus Sirach* (24,7): „Ich wohne in der höchsten Höhe“. Es gibt nämlich bestimmte Höhen der Weisheit, zu denen alle gelangen, wenngleich nur unvollkommen, denn „die Erkenntnis, daß Gott existiert, ist von Natur her allen eingegeben“, wie Johannes Damascenus sagt. Und im Hinblick hierauf heißt es im Buch *Ijob* (36,25): „Alle Menschen sehen ihn, ein jeder erfaßt ihn von ferne.“ – Anderes aber ist höher. Zu ihm gelangen nur die Begabungen der Weisen, allein durch die Vernunft geführt. Von ihnen heißt es im *Römerbrief* (1,19): „Was nämlich von Gott bekannt ist, das ist ihnen offenbar.“ – Anderes aber gehört zum Höchsten, das alle menschliche Vernunft übersteigt. Im Hinblick hierauf heißt es bei *Ijob* (28,21): „Verborgen ist die Weisheit vor den Augen aller Lebenden“, und im *Psalms* [17,12]: „Er hat Finsternis zu seinem Versteck gemacht“. Dieses aber geben die gelehrten heiligen Lehrer im Text der Heiligen Schrift weiter, erleuchtet durch den Heiligen Geist, der „auch die Tiefen Gottes ergründet“ (*1 Kor* 2,10). Und dies ist das Höchste. In ihm wohnt, wie es heißt, diese Weisheit.

[1.3] Drittens [hat die heilige Lehre ihre Höhe] aufgrund der Erhabenheit ihres Zieles. Sie hat nämlich ein höchstes Ziel, das ewige Leben: „Dies aber ist geschrieben, damit ihr glaubt, daß Jesus der Christus, der Sohn Gottes ist; und damit ihr im Glauben das ewige Leben habt in seinem Namen“ (*Joh* 20,31). „Sucht was droben ist, wo Christus zur Rechten Gottes sitzt. Was droben ist, darauf seid bedacht, nicht auf das Irdische“ (*Kol* 3,1f).

## II.

**1212.** – [2] Ratione enim altitudinis huius doctrinae et in doctoribus eius requiritur dignitas; unde per montes significantur, cum dicitur: „Rigans montes“; et hoc propter tria, scilicet:

[2.1] Primo, propter montium altitudinem. Sunt enim a terra elevati et caelo vicini. Sic enim sacri doctores terrena contemnendo solis caelestibus inhiant, *Philipp.* III [20]: „Nostra autem conversatio in caelis est“, unde de ipso doctore doctorum, scilicet Christo, dicitur, *Isai.* II [2]: „Elevabitur super colles et fluent ad eum omnes gentes“.

[2.2] Secundo, propter splendorem. Primo enim montes radiis illustrantur. Et similiter sacri doctores mentium splendorem primo recipiunt. Sicut montes enim doctores primitus radiis divinae sapientiae illuminantur, *Psal.* [LXXV,5]: „Illuminans tu mirabiliter a montibus aeternis turbati sunt omnes insipientes corde“; id est a doctoribus qui sunt in participatione aeternitatis, *Philipp.* II [15]: „Inter quos lucetis sicut luminaria in mundo“.

[2.3] Tertio, propter montium munitioem, quia per montes terra ab hostibus defenditur. Ita et doctores Ecclesiae in defensionem fidei debent esse contra errores. Filii Israel non in lancea, nec in sagitta confidunt, sed montes defendunt illos. Et ideo quibusdam improprie, *Ezech.* XIII [5]: „Non ascendistis ex adverso neque opposuistis murum pro domo Israel, ut staretis in praelio in die Domini“.

**1213.** – Omnes igitur doctores sacrae Scripturae esse debent alti per vitae eminentiam, ut sint idonei ad efficaciter praedicandum; quia, ut dicit Gregorius in *Pastorali*: „Cuius vita despicitur, necesse est ut eius praedicatio contemnatur“.<sup>5</sup> *Eccle.* XII [11]: „Verba sapientum quasi stimuli et quasi clavi in altum defili“. Non enim cor stimulari potest aut configi in timore Dei, nisi in vitae altitudine defigatur.

<sup>5</sup> Gregor der Große, *In Evang.*, I. Im hom. XII (PL 76,1119).

## II.

**1212.** – [2] Aufgrund der Höhe dieser Lehre nämlich wird auch für ihre Lehrer Würde verlangt. Daher werden sie mit den Bergen verglichen, wenn es heißt: „Der die Berge trinkt“ – und zwar aus drei Gründen, nämlich:

[2.1] Erstens wegen der Höhe der Berge. Sie sind nämlich von der Erde erhoben und dem Himmel nahe. So verschmähen die heiligen Lehrer das Irdische und begehren einzig das Himmlische: „Unser Wandel aber ist im Himmel“ (*Phil* 3,20). Daher heißt es vom Lehrer der Lehrer selbst, nämlich von Christus: „Er wird erhöht über alle Hügel, und zu ihm strömen alle Völker“ (*Jes* 2,2).

[2.2] Zweitens wegen ihres Glanzes. Zunächst nämlich werden die Berge durch Strahlen erleuchtet. Und ähnlich empfangen die heiligen Lehrer zuerst den Glanz des Geistes. Wie die Berge nämlich werden die Lehrer zunächst durch die Strahlen der göttlichen Weisheit erleuchtet, wie es im *Psalms* heißt: „Du strahlst wunderbar von ewigen Bergen her, verwirrt sind alle unverständigen Herzens“ (*Ps* 75,5), das heißt von den Lehrern, die an der Ewigkeit teilhaben. „Unter ihnen leuchtet ihr wie Lichter in der Welt“ (*Phil* 2,15)

[2.3] Drittens wegen der Festigkeit der Berge, denn durch Berge wird das Land gegen Feinde verteidigt. So müssen auch die Lehrer der Kirche den Glauben gegen die Irrtümer verteidigen. Die Kinder Israels vertrauen nicht auf Lanzen, noch auf Pfeile, sondern die Berge verteidigen sie. Und daher wurde ihnen von einigen vorgeworfen: „Ihr seid nicht dem Feind entgegengetreten, noch habt ihr eine Mauer für das Haus Israel errichtet, so daß es am Tag des Herrn im Kampf standhalten kann“ (*Ez* 13,5).

**1213.** – Alle Lehrer der Heiligen Schrift müssen deshalb herausragend sein durch ein vorbildliches Leben, so daß sie fähig sind, wirksam zu predigen. Denn, wie Gregor der Große in seiner *Pastoralregel* sagt: „Wessen Leben verachtet wird, dessen Predigt wird notwendigerweise verworfen werden“. „Die Worte der Weisen sind wie Stacheln und wie eingetriebene Nägel“ (*Koh* 12,11). Das Herz kann aber nicht angetrieben noch in Gottesfurcht festgemacht sein, wenn es nicht in einer herausragenden Lebensweise gegründet ist.



Debent esse illuminati, ut idonee doceant legendo, *Ephes.* III [8-9]: „Mihi autem omnium sanctorum minimo data est gratia haec, in gentibus evangelizare investigabiles divitias Christi, et illuminare omnes, quae sit dispensatio sacramenti absconditi a saeculis in Deo“.

Muniti, ut errores confutent disputando, *Luc.* XXI [15]: „Ego dabo vobis os et sapientiam, cui non poterunt resistere et contradicere omnes adversarii vestri“.

Et de his tribus officiis, scilicet praedicandi, legendi et disputandi, dicitur, *Tit.* I [9]: „ut sit potens exhortari“, quantum ad praedicationem; „in doctrina sana“, quantum ad lectionem; „et contradicentes revincere“, quantum ad disputationem.

### III.

**1214.** – [3] Tertio, auditorum conditionem, quae sub terrae similitudine figuratur; unde dicit: „satiabitur terra“. Et hoc quia terra infima est, *Prov.* XXV [3]: „Caelum sursum et terra deorsum“. Item stabilis et firma, *Eccl.* I [4]: „Terra autem in aeternum stat“. Item fecunda, *Gen.* I [11]: „Germinet terra herbam virentem, et facientem semen, et lignum pomiferum faciens fructum iuxta genus suum“. – Similiter, debent ad similitudinem terrae esse infimi per humilitatem, *Prov.* XI [2]: „Ubi humilitas, ibi sapientia“. Item, firmi per sensus rectitudinem, *Ephes.* IV [14]: „Ut non sitis parvuli sensibus“. Item fecundi, ut percepta sapientiae verba in eis fructificent, *Luc.* VIII [15]: „Quod autem cecidit in terram bonam hi sunt qui in corde bono et optimo audientes verbum retinent, et fructum afferunt in patientia“.

Humilitas ergo in eis requiritur quantum ad disciplinam quae est per auditum, *Eccl.* VI [34]: „Si inclinaveris aurem tuam excipies doctrinam; et si dilexeris audire, sapiens eris“. – Rectitudo autem sensus, quantum ad iudicium auditorum, *Iob* XII [11]: „Nonne auris verba diiudicat?“ – Sed fecunditas quantum ad inventionem, per quam ex paucis auditis multa bonus auditor annuntiat, *Prov.* IX [9]: „Da occasionem sapienti, et addetur ei sapientia“.

Auch müssen sie erleuchtet sein, so daß sie richtig lehren in der Lesung: „Mir aber, dem Geringsten aller Heiligen ist diese Gnade verliehen, daß ich den Heiden die unerforschlichen Reichtümer Christi verkündige und alle erleuchte, worin das Geschenk jener Wirklichkeit besteht, die von Ewigkeit her in Gott verborgen war“ (*Eph* 3,8f).

Auch müssen sie gefestigt sein, so daß sie die Irrtümer durch die Disputation widerlegen: „Ich werde euch Mund und Weisheit geben, der all eure Gegner nicht widerstehen und widersprechen können“ (*Lk* 21,15).

Und von diesen drei Aufgaben, nämlich des Predigens, Lesens und Disputierens, heißt es im *Titusbrieff* (1,9): „Auf daß er kraftvoll sei zu ermahnen“ im Hinblick auf die Predigt, „in der gesunden Lehre“ im Hinblick auf die Lesung, „und den Widersprechendem zu widerlegen“ im Hinblick auf die Disputation.

### III.

**1214.** – [3] Drittens die Beschaffenheit der Hörer, die unter dem Bild der Erde dargestellt wird Daher heißt es: „Die Erde wird satt“. Und zwar deshalb, weil die Erde zuunterst ist: „Der Himmel droben und die Erde unten“ (*Spr* 25,3). Ebenso, weil sie beständig und fest ist: „Die Erde besteht in Ewigkeit“ (*Koh* 1,4). Ebenso, weil sie fruchtbar ist: „Die Erde bringe junges Grün hervor und Pflanzen, die Samen tragen, und Bäume, die Früchte tragen“ (*Gen* 1,11). – Entsprechend müssen [die Hörer] ähnlich der Erde niedrig sein durch Demut: „Wo die Demut ist, da ist Weisheit“ (*Spr* 11,2). Ebenso müssen sie fest sein durch die Rechtheit des Sinnes: „auf daß ihr nicht Kinder den Sinnen nach seid“ (*Eph* 4,14). Ebenso müssen sie fruchtbar sein, auf daß die Worte der Weisheit, die sie aufgenommen haben, in ihnen Frucht bringen: „Was aber auch gute Erde fällt, das sind diejenigen, die das Wort mit gutem und bereitem Herzen hören und es aufnehmen und Frucht bringen in Geduld.“ (*Lk* 8,15).

Demut ist folglich von ihnen gefordert im Hinblick auf die Lehre, die durch das Hören geschieht: „Neigst du dein Ohr, so wirst du belehrt, liebst du zu hören, wirst du weise sein“ (*Sir* 6,33) – Rechtheit des Sinnes aber im Hinblick auf das Urteil der Hörer: „Wird nicht das Ohr die Worte prüfen?“ (*Ij* 12,11) – Fruchtbarkeit aber im Hinblick auf das Forschen, wodurch der gute Hörer aus wenigem Gehörten vieles zu künden vermag: „Gib dem Weisen Gelegenheit, damit er Weisheit dazulerne“ (*Spr* 9,9).

## IV.

1215. – [4] Ordo autem generationis tangitur hic quantum ad tria, scilicet, quantum ad communicandi ordinem; et quantum ad quantitatem et qualitatem doni accepti.

[4.1] Primo quantum ad communicandi ordinem: quia non totum quod in divina sapientia continetur, mentes doctorum capere possunt. Unde non dicit: „superiora montibus influens“, sed: „de superioribus rigans“; *Iob XXVI* [14]: „Ecce haec ex parte dicta sunt“.

Similiter etiam, nec totum quod doctores capiunt, auditoribus effundunt, *II Cor. XII* [4]: „Audivit archana verba quae non licet homini loqui“. Unde non dicit: „fructum montium terrae tradens“, sed: „de fructu terram satians“. Et hoc est quod dicit Gregorius in *XVII Moralium*<sup>6</sup> exponens illud *Iob XXVI* [8]: „Qui ligat aquas in nubibus suis, ut non erumpant pariter deorsum“: „Praedicare non debet rudibus doctor quanta cognoscit, quia et ipse de divinis mysteriis cognoscere non valet quanta sunt“.

[4.2] Secundo, tangitur ordo quantum ad modum habendi: quia sapientiam Deus habet per naturam. Unde superiora sua esse dicuntur illi, scilicet naturalia, *Iob XII* [13]: „Apud ipsum scientia et fortitudo; ipse habet consilium et intelligentiam“. Sed doctores scientiam participant ad copiam. Unde de superioribus rigari dicuntur, *Eccli. XXIV* [42]: „Rigabo hortum plantationum, et inebriabo prati mei fructum“. Sed auditores eam participant ad sufficientiam, et hoc significat terrae satietas, *Psal. [XVI,15]*: „Satiabor cum apparuerit gloria tua“.

[4.3] Tertio, quantum ad virtutem communicandi: quia Deus propria virtute sapientiam communicat. Unde per seipsum montes rigare dicitur. Sed doctores sapientiam non communicant nisi per ministerium. Unde fructus montium non ipsis, sed divinis operibus tribuitur. „De fructu“, inquit, „operum tuorum“. *I Cor. III* [4-5]: „Quid igitur est Paulus?“ Et infra: „Ministri eius cui credidistis“.

<sup>6</sup> Gregor der Große, *Moralia XVII* 26 (PL 76,28).

## IV.

1215. – [4] Die Ordnung des Wachstums aber wird hier angesprochen im Hinblick auf dreierlei: nämlich im Hinblick auf die Ordnung der Weitergabe sowie im Hinblick auf die Quantität [den Umfang] und die Qualität der erhaltenen Gabe.

[4.1] Erstens im Hinblick auf die Ordnung der Weitergabe: denn nicht alles, was die göttliche Weisheit enthält, kann der Verstand der Lehrer fassen. Daher heißt es nicht: „Der die Höhen auf die Berge herabfließen läßt“, sondern „Von den Höhen trinkt er“: „Siehe, dies ist teilweise gesagt“ (*Ij* 26,14).

Ähnlich geben die Lehrer nicht alles, was sie erfassen, an die Hörer weiter: „Er hörte geheimnisvolle Worte, die ein Mensch nicht aussprechen darf“ (*2 Kor* 12,4). Daher heißt es nicht: „Er gibt die Frucht der Berge der Erde“, sondern: „Von ihren Früchten wird die Erde satt“. Und dies ist es, was Gregor der Große im *XVII. Buch der Moralia* sagt, wenn er *Ij* 26,8 („Der die Wasser in sein Gewölbe bindet, so daß die Wolke darunter nicht birst“) auslegt: „Der Lehrer darf Unreifen nicht alles predigen, was er weiß, denn auch er selbst gelangt nicht zur Erkenntnis, wie viele göttliche Geheimnisse es sind“.

[4.2] Zweitens wird die Ordnung angesprochen im Hinblick auf die Weise des Besitzes. Denn die Weisheit besitzt Gott von Natur. Daher heißt es von seinen Höhen, sie seien solche, nämlich natürliche: „Bei ihm sind Wissen und Stärke; er besitzt Rat und Einsicht“ (*Ij* 12,13). Die Lehrer aber haben an diesem Wissen in Fülle Anteil. Daher heißt es, daß sie von den Höhen getränkt werden: „Ich werde den Garten meiner Pflanzungen bewässern, und die Frucht meiner Wiesen tränken“ (*Sir* 24,31). Die Hörer aber haben daran teil nach ihrer jeweiligen Fassungskraft, und dies bezeichnet die Sättigung der Erde: „Ich werde satt, wenn deine Herrlichkeit erscheint“ (*Ps* 16 [17],15).

[4.3] Drittens [wird die Ordnung des Wachstums angesprochen] im Hinblick auf die Kraft der Mitteilung. Denn Gott teilt die Weisheit aufgrund eigener Kraft mit. Daher heißt es, daß er durch sich selbst die Berge trinkt. Die Lehrer aber teilen die Weisheit nur durch ihren Dienst mit. Daher wird die Frucht der Berge nicht ihnen, sondern den göttlichen Werken zugeschrieben: „Von der Frucht deiner Werke“, heißt es. „Wer also ist Paulus?“ (*1 Kor* 3,4f). Und weiter: „Sie sind Diener dessen, dem ihr geglaubt habt“.

Sed „ad haec quis tam idoneus?“ II *Cor.* II [16]. Requirit enim Deus: – ministros innocentes, *Psal.* [C,6]: „Ambulans in via immaculata, hic mihi ministravit“, intelligentes, *Prov.* XIV [35]: „Acceptus est regi minister intelligens“, – ferventes, *Psal.* [CIII,4]: „Qui facis Angelos tuos spiritus, et ministros tuos ignem urentem“, – item, obedientes, *Psal.* [CII,21]: „Ministri eius qui faciunt voluntatem eius“.

Sed quamvis aliquis per se, ex seipso, non sit sufficiens ad tantum ministerium, sufficientiam tamen potest a Deo sperare, II *Cor.* III [5]: „Non quod sufficientes simus cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobis; sed sufficientia nostra ex Deo est“. Debet autem petere a Deo, *Iac.* I [5]: „Si quis indiget sapientia postulet a Deo, qui dat omnibus affluenter et non improperat, et dabitur ei“. Oremus. Nobis Christus concedat. Amen.

(Lateinischer Text: [corpusthomaticum.org](http://corpusthomaticum.org))

Aber „wer ist dazu geeignet?“ (2 *Kor* 2,16). Gott sucht nämlich Diener, die unschuldig sind: „Wer auf makellosem Weg geht, der darf mir dienen“ (*Ps* 100 [101],6); einsichtig: „Willkommen ist dem König ein einsichtiger Diener“ (*Spr* 14,35); brennend: „Du machst zu deinen Boten Geister, und zu deinen Dienern loderndes Feuer“ (*Ps* 104 [103],4); ebenso gehorsam: „Seine Diener, die seinen Willen vollziehen“ (*Ps* 103 [102],21).

Aber auch wenn jemand nicht durch sich, aus sich selbst heraus, einem solchen Dienst genügt, so kann er dennoch ein Genügen von Gott erhoffen: „Wir sind nicht von uns aus fähig, etwas zu denken, so daß wir uns selbst etwas zuschreiben könnten, sondern unsere Befähigung stammt von Gott“ (2 *Kor* 3,5). Man muß es aber von Gott erbitten: „Wenn es jemandem an Weisheit fehlt, soll er sie von Gott erbitten, der alles im Überfluß gibt und keinen Vorwurf macht, und der sie ihm geben wird“ (*Jak* 1,5). Lasset uns beten. Das gewähre uns Christus. Amen.

(Deutsche Übersetzung: Hanns-Gregor Nissing)